20

DISPUTATIO MEDICA INAUGURALIS

de

ILEO

Exemplo illuſtrata:

Quam

SUB PRÆSIDIO

Præpotentis Ter-Maximi Dei,

Auctoritate Inclytæ Facultatis Medicæ Baſilienſis,

PRO

Summis in Medicina Honoribus Privilegiis & Immunitatibus Doctoralibus ritè & legitimè obtinendis,

Publico Eruditorum Examini ſiſtit,

ANDREAS DARNEDDENI,
Brunopolitanus.

Ad diem III. Junij, Anni M. DC. LXXXI.

BASILEÆ, Typis JACOBI BERTSCHI.

Σὺν Θεῷ.

VTi à Deo perenni omnis boni fonte, actionum omnium capienda eſſe primordia cum Chriſtianis ipſi etiam Ethnici palam fuere faſsi; ita & in præſenti ab eo tanquam primo motore, ut ſummo & æterno bono ad perpetui mobilis peripheriam deſcendens, productam iſtam aſtrorum myriadem, quæ inter ſol emicat omnia, naturæ quippe in hæc inferiora motu ſuo continuo agentis, cum maxima contemplari liceat admiratione. Inde tot effluvia propter velociſsimam eorundem circumgyrationem ad centrum terraquei orbis ſubinde devoluta, & in medium quaſi punctum coacta, alterationem nunquam intermittentem in hoc mundo efficiunt, ut generationem unius ſubinde ſequatur alterius

corruptio : & illius interitus ſit alius exor tus initium. Et hoc in Macrocoſmo. Si Ter Optimus atq; Maximus Deus ad ean dem prorſus ideam efformavit microcoſ mum, verum mundi miraculum hominem cujus terraqueus mundum æmulatur ambi tus, tot alterationibus obnoxium, languent imprimis primo ſuo mobili Archæo, ſpiritu vitali, unde tot morbis divexatur, quin oc cidente illo ipſum quoq; corpus interit. Ani ma in illo rationalis primi vice motoris fun gitur, quo quicquid vult, in univerſo ſu corpore, mediante ſpiritu iſto perficit, ſuaq; ad lubitum munia obit. Cùm verò præter vell ſuum in corpus anima nil poßit, nec etiam quendam ſpiritui conciliare vitali, niſi in ſumma tranquillitate, vigorem eundemq conſervare valeat, hanc Theologis relinquen attingere amplius nolo. Dum verò ſpiritu ille, qui natales ſuos primo debet mobili, in- teger vegetusq; ſatis eſt, corpus ab externis o- mnino immune erroribus & impetu flori- dum ut ſit ſanumq; neceſſe eſt. Quod ſi ve- rò in corde tanquam principaliori corpori parte vel in quovis alio ejus membro deficere

inci-

ncipit, nil aliud, niſi totius noſtræ compagis vel partis ejuſdem, in qua languet, morbum ubſequi aut adeſſe oportet.

Exempli loco ſit ſequens Caſus.

VIr quidam ſtrenuus, annorum circiter 54. temperamenti ſanguinei cholerici, corporis obeſi, humoris lætioris, podagricis toties miſerè divexatus doloribus, quibus mitigan-lis & acidulis & thermis aliquoties uſus, andem Podagram tam ſibi infeſtam ſenit, ut per medium anni tempus pedibus nſiſtere nequiverit. Poſt uſum fontis apud Onoldinos ſalutiferi pedes corroboravit. Verno dein tempore acidularum Egrenſium potum admiſit, & licet ſtrenuè ultra menſuras tres quotidie potarit, ſed propter nfirmum corpus ſedens magis, quàm deambulans, non ſatis movere ſe potuerit, non parem, quem antea in frequentiori earundem uſu effectum perſenſit, ſed obſtructiones alvi cum intumeſcentia ventris & flatibus inſecutæ, ingentem ſtomacho peperêre moleſtiam & tormina, ut & ſubjectis huic inteſtinis, utrique ſub coſtis ſpu-

riis lateri, lumbis & renibus atrocem attu-
lére dolorem, cum magno ex flatibus ru-
more, nil hic proficientibus medicamen-
tis confortantibus vel evacuantibus. Inde
appetitus paulatim ceſſare incepit, eructa-
tiones ex ſtomacho erupére, & vomitus
materię acris fauces inſigniter adurentis ſub-
orti ſunt ad menſuram ſemis, quæ conſi-
milis prorſus farinaceæ maſſę cum fermen-
to miſta, non diu poſt efferveſcere cœpit
paſtę panis jam clibano committendi haud
diſſimilis, acerrimi aceti inſtar odorem ex-
pirans, ſubjecta huic aqua coloris fuſci, cum
multo phlegmate confuſa: qui vomitus a
novem tandem ad ſex dies, nocte plerum-
que ſecundâ tertiâve poſt mediam, cum
tuſſi prævia, graviſſimis in univerſo cor-
pore & præcipuè in dextro inguine do-
loribus continuavére, conſimilem ſem-
per naturam conſervante, quæ ejecta fuit
materiâ. Tertiâ tandem poſthac nocte fa-
ſtidia hæc Domino Patienti rediere, materi
ſubinde ejectâ in obſcuriorem & brunum
colorem vergente, ſubſequente nigro
phlegmate cum totius corporis debilitate
deſtru

deſtructo omni appetitu, alvoque peni-
:us, niſi per enemata ſublevata fuit, obſtru-
ctâ, ut intra octidui ſpatium niſi adjutus,
quicquam egerere potuerit, cum macie u-
niverſum corpus infeſtante. Petit conſi-
ium.

THESIS I.

IN hoc ſubjecto à primis ſtatim virilis ætatis annis pri-mum Podagra pedem figere cœpit. Hæc ſcilicet ſpecies ar-thritidis in articulis quaquaverſum hoſpitantis, ſanguine ıprimis cholerico in ejus corpore, (is ſiquidem quantò ani-ıi fuerat lætioris, tantò interdum etiam impetuoſioris) bi-:que præſertim prædominante. Hæc quippe chylo poſt rmentationem in duodeno & tenuibus aliis peractam per-niſcetur, dum iſte ſanguini in corde jungitur, ex intimo oc centro in extremam uſque corporis regionem effluit, alimoniam deficientibus ſubinde partibus cedens: fibræ roinde carneæ pro nutricatu ſuo ex ſanguine chyloſam ab-rbentes ſubſtantiam, heterogeneum quod eſt, ad debilio-s ablegant regiones, articulos quippe, ibidemq; relinquunt. ccedente poſt ſynovia, ichore illo partium ſpermaticarum ıtrimento, ſua carente dulcedine aut in debiliore Cerebro on adeò benè elaborato, unde acorem concipere ſolet, dum llea illa in articulis concrementa offendit, effervefcentiam articulis excitat, inde acutus ille dolor & tumores artu-n reſultant, individui ægritudidinis hujus comites. Podagræ deſcriptio. Fit per fer-mentatio-nem.

II. Utrum verò Acidulæ vel Thermæ tali domando l extirpando affectui ſufficiant, vix divinare licet. Ma-ıarum licet virium iſta naturæ magnalia ſint, ut nemo i-t inficiat: majores interdum animi motus novæ continuò li pabulum ſubminiſtrant: nam An acidu-læ vel ther-mæ poda-gricis con-veniant?

Ira furor brevis eſt, animum rege, qui niſi paret,
Imperat.

inc niſi per tranquillitatem animi ſpiritus in Cerebro, uin in univerſo corpore induciæ imperantur, ne tantum bi- Tranquil-litas animi optima in podagricis.

lis gene-

præcipuè Medicinæ.

lis generetur & calidum ubique nativum inde refici poſſit, fruſtranea erit curatio. Licet enim omnem è corpore bilem ablegare, aut quovis confortante tonum cerebri priſtinum fœnerari auſis, niſi quies quid poterit, aliud quodvis

Juvat, ut fomenta Podagram.

Fons ſalutis Weihenzellæ Onoldi Anno 1680. in vere exortus.

III. Uſus fontis Onoldini ſalutiferi, ſulphurei ob exſiccationem, tumorem pedum imminuendo, & virtutem ſuam anodynam aliquandiu proficuus fuit: ſed quod differtur, non aufertur, revertente ſiquidē infeſta corporis invaletudine, ad Egrenſes & ipſe redit acidulas. Hæc autem convenientem in bibendo motum deſiderant. Sed largiori harum potui requiſitus non reſpondit corporis motus, quod propter infirmitatem ſedere magis quàm ambulare fuit coactus: hinc ſtomachus largiori iſtâ acidæ undæ frigidæque ingurgitatione inundatus, languere cœpit & exinde foras ad exteriorem corporis circumferentiam, & in pedes cauſſa iſta podagrica protrudi amplius nequivit. Inde etiam factum, ut affecto inteſtinorum capite, ſtomacho ipſo, cœtera quoque inteſtina languere cœperint. Quid quod frigidæ iſtæ in jejunum ventriculum infuſæ acidulæ, incumbenti hepati, veſicæque biliariæ ſtomachum attingenti, vicinisque incommodarint viſceribus. Tale quid contigit illuſtri cuidam Rom. Imper. Principi, qui nec hyberno abſtinere à glacie refrigeratis vinis potuit tempore: tandem ſtomacho penitus infirmato abolitoque omni ad edendum appetitu fatis ceſsit. *vid. Ephem. nat. curioſ. ann. 6. & 7. obſerv.* 71. Ex nimia quippe frigiditate bilis ſe coagulat, & tandem in lapides induratur, hepar itidem tonum amittit ſuum, ut lymphæ id permeantes nequeant transire & debile exinde evadit.

Stomacho noxiæ in illum jejunum frigidæ nimis infuſæ acidulæ.

Frigiditas nimia in ſtomacho ob viciniam, bilem coagulat.

IV. Nec in intenſa nimis quantitate acidas ſemper bibere convenit aquas, cùm omne nimium ſit naturæ inimicum, tam extendendo plus juſtò, quàm uberius humectando ſtomachum. Ventriculus ſiquidem ſua naturâ, quia membranaceus eſt, frigidioris erit conſtitutionis, & ita relaxatur, ut bini ad ſuperius ſuum abeuntes orificium nervi, eundem non tam facilè aſtringere valeant, porique in ejus fundamento correſpondentes, non ſufficientem transmittere humiditatem queant *vid. Ephem. nat. cur. ann.* 9. & 10. *obſerv.* 1.

Acidulę nimis frigidę tonum ſtomachi relaxant & inteſtinaque debilitant.

fo

ol. 61. 62. Hinc amurca in eo reſidua continuò relinquetur, uæ interdum cum cremore ex cibo parato, per inteſtina leſcendit, & inepta ad fermentationem acorem à ſucco pancreatico concipit, dum parcior bilis ponticitatem illius ſucci moderari nequit, cum plurimo tandem rumore & extenſione abdominis ad coecum uſque delabitur.

Iliaci morbi exortus & definitio.

V. Eò ſi devenerit, nec tranſitum per valvulam coli liberum reperit, quæ vel ab extrinſeco quodam vitio comprimi, aut à retentis flatibus retorqueri poteſt, tunc ſupera remeare ad loca contendit, miram efficiens in maſſa ſibi obvia alimentari regurgitationem, & propter vehementem inde ortam fermentationem amplius ſe cohibere non potens, ad pylorum uſque exurgit, ingreditur, & cum magna fluctuatione per vehementem affatim ejicitur vomitum, faucibus ſua acredine moleſta, crebriſque ſubinde eructationibus faſtidia parit. Cum itaque nil in inteſtinum colon illabitur, nec alvus etiam faciet officium, ſed colici inſtar ſæpius penitus ſupprimitur.

VI. Talis affectus ſuo inter Iliacos morbos merito numeratur, non tam ratione loci, ſive inteſtni illius tenuis ileum dicti, ſed dum motus maſſæ etiam alimentaris ad ejus exitum retrorſum vertitur, & regurgitatio iſta à coeco per ileum, jejunum duodenumque delata in ſtomachum irruit, vomitumque illum moleſtum efficit.

An Ileos & iliacus dolor differant?

VII. Differre autem dolorem iliacum ab ileo plerique volunt dum ileum excrementorum alvi ſine ſtercore per os vomitu rejectorum ratione deſcribi optimè putant; iliacam autem paſsionem dolorem inteſtinroum tenuium cum inverſo inteſtinorum motu eſſe contendunt. Dum verò excreta alvi per os rejiciuntur, cum vix ſine dolore id contingere poſſit, ſine diſcrimine talis affectus dolor iliacus & iliaca paſsio nuncupari poteſt.

Vomitus alimentaris maſſæ.

VIII. In noſtro hoc patiente non citra tormina ejecta apparuere excrementa, quæ tamen, quod iis non obvius fuerat exitus, nec prorſus ſtercoracea, quod apud alios crebrò contingit, ſed maſſa ipſa alimentaris in tenuibus alioquin obſervata fuere; hinc dum regreſſum in ileo inteſtino quæſivere, meritò inter iliacos affectus referri poterit hic morbus.

IX. Veteres Iliacam paſſionem Volvulum nuncupar ſoliti fuere, Græcis ab εἰλεῖσθαι convolvendo dictum, dum in teſtina prorſus convolvi & quaſi in nodum quendam con torqueri credidere. Obſcurum ſiquidem motum, quo ali mentarem maſſam à ſuperioribus ad inferiora iſta inteſtin promovent, iis adſcripſere, qui ſi fuerit inverſus, convoluti in gyrum tenuibus inteſtinis, ileos nominarunt.

An inteſtinorum inverſio ſit volvulus.

X. Utrum autem hæc talia locum invenire poſſint licet ab Hippocr. per auxilium à folle fabrili accerſitum tali convolutio reſtitui poſſe doceatur *in libr. de morb. lib. 3. v.* 18 valde dubium apparet. Ut non tam vehementer flatus in in teſtina tenuia penetrare poſſint, contranitente valvula, qu ne guttulam quidem aquæ per rectum immiſſam transmit tit, aut flatum ullum ſe inſinuare patitur, tantum abeſt, u per talem ἐγχείρησιν vi tanti flatus impulſi valvula ſurſum co gatur, indeque iliacus oriatur morbus, quod in pleriſq; con tigit infantibus, quibus flatu diſtento colo per ſyringan clyſter impulſus, eandem fortiter repulit valvulam, per quan in inteſtina tenuia & ſtomachum quidquid injectum aſcen dit atque vomitu rejectum fuit, interitu eorundē ſubſequente

Rejicitur.

XI. Valvula proinde juxta cum cœteris à multis alii allatis Ilei cauſis potior nonnunquam eſſe poterit hujus ma li origo. Ejus primum inventorem cum aliis *Bauhinum vid Caſp. Bauh.* in *append.* ap. *Franciſc. Rouſſetum de partu Cæſar. agno ſcimus.* Alii licet Varolium, *vid. Thom. Barth. in Anathom. l.* 1 *c.* 11. nonnulli Salamonem Albertum *vid. illum in apend. ad* 3 *Orat.* à ſe editas circa finem, ſtatuant. Uſum illius à natur conceſſum videmus, ut emiſſa per pylorum maſſa alimen tari & mediantibus ſuccis ex poro cholidocho & ductu pan creatico guttatim affluentibus, ad fermentandum in inte ſtinis jejuno & ileo delapſa ſegregato per lacteas chylo, eva nida prorſus & inutilis, quin excrementum redolens pe eandem liberè tranſeat, nec regurgitare amplius poſſit. It nimirum fex ſordidior in colum detruditur, illa tranſitun cedente valvula: poſteaquam incidit, illicò clauditur iſta ne quid ejus in ileum remigret. Tanta naturæ eſt providen tia, ne quod fieri nonnunquam poſſet, in vehementi corpo rum è dextris in ſiniſtra verſatione, quæ ſecreta è corpor

A valvula ut plurimum eſt volvulus.

Valvulæ coli inventores.

voluit

oluit, illa retroverſa nutritioni incommodarent, nec etiam latus ullus regrederetur.

XII. Veteres ſcriptores equidem de loco Ilei controerſari non dubitarunt, neque etiam ipſe Galenus in hac re bi conſtare ſatis viſus fuit, in *comment.* ſiquidem *Aphoriſm.* eum in inteſtinis tenuibus & 3. *Epid.* in hiſtoria mulieris alvuloſæ aliis conſentiens, dicit volvulum fieri in tenuius & craſsis, ſæpius tamen in tenuibus. Quin & ipſe *Hippocr. in libr. de glandul. & in libr.* de locis, in homine ſtatuit, eum in inferioribus inteſtinis, fortaſſe propter ſtercoreos omitus, addit inſuper, aliquando pituitam à Cerebro delaſam retineri in inferioribus inteſtinis, & inde fieri volvum. In his morbis ait, non poteſt induci clyſter, & ſi imitti poſsit, ſanabitur æger. Attamen *Galenus in comment.* it, non fieri in craſſis inteſtinis, propterea quòd non poteſt dduci, ut propter materiam craſſam retentam in craſsis inſtinis fiat ileus. Certum interim eſt medicos antiquos diiſſe, Volvulum fieri in utriſque inteſtinis, diſtinguentes, ubi tenuibus quandoque contingat, evomi chylum, in craſsis ercus. *Vid. Holler. in comment. ad aphoriſm.* 44. *l.* 6. *Cæſalp. ſpecul. rt. medic. hypocrat. l.* 7. *c.* 61. *River. in prax.* 415.

Veterum de loco volvuli opiniones.

XIII. In cauſis diverſas diverſi opiones afferunt. Pleique propter inteſtinorum inflammationem volvulum fiei afferunt, quæ vehementer ea comprimendo atque undiue conſtringendo prohibet, ne feces deorſum deſcendere aleant. Et quia hoc malum plerumque in inteſtinis teuibus conſiſtit, communicatur ipſi ventriculo, unde cii faſtidium, nauſea & vomitus oritur. Alii abſceſſum ineſtinorum tenuium, qui anguſtiam parit, arguunt. Alii urſus copiam fecum accuſant, quæ adeò obduruerunt, ut ropterea ineptæ ſint ad motum excretionis, ſed in ductu nteſtinorum hæreant, ac tandem àd ventriculum regurgient ac per os rejiciantur. Plerique ab herniis oriri eundem ontendunt, convolutis quippe in ſcrotum delapſis tenuius, tranſitumque denegantibus iſtis excrementis. Motum ibrarum alii prætendunt, ſi præter naturam ſurſum vergat, nde etiam non ſaltem clyſteres, ſed ſuppoſitoria recto imiſſa ſurſum attracta per vomitũ fuiſſe rejecta animadverterunt

Cauſæ valvulæ variæ.

ſunt. *vid. Matth. de Gradib. in pract. de vomitu & Guajuer. tr. 5 c. 2. & Sennert. l. 3. p. 2. ſ. 2. c. 1.*

Obſcura valvulæ cognitio.

XIV. Quod plerique cenſuerint inteſtinorum in ſe ipſa reflexionem, dum intorqueri inferiorem in ſuperiorem eorundem partem autumant, non adeò extra orbitam vagatos fuiſſe viſi ſunt, nondùm agnita inventa deinceps valvula quam retortam in ileum fortaſſe conſpexere, diſſecto poſt mortem corpore, eamque pro inteſtino revoluto habuere.

Raro Ileus oritur non affecta valvula.

XV. Hanc proinde in iisdem, quibus dextro latere inguen vel dolet vel intumeſcit, in regione ſcilicet quam incolit valvula iſta (ut raro, niſi latere iſto affecto aut ſe malè habente contingat Ileus) poſt tuſsim, quin & vomitiones iſtas vehementes ad morbum iliacum introducendum ſufficere potuiſſe vel in noſtro conſpicuum redditur patiente, qui nocte comitante plerumque vomitum iſtum tuſsi, vel eundem præeunte, graviſsimam perpeſſus eſt moleſtiam, in dextro præcipuè latere, ubi cum cœco inteſtino requieſcit valvula iſta.

Flatus volvuli potiſſima cauſa.

XVI. Quæ verò cauſſæ eſſe poſsint, quod valvula iſta invertatur, ex colo quippe in ileum inteſtinum prope cœcum porrigatur, data etiam ipſis excretis, quæ alioquin colo per hoſpitio utuntur, ſurſum via, ut ex plicis ejusdem liberata, adjuvante fibrarum inteſtinalium retroactione, confeſtim aſſurgant, & per ſtomachum vomitu ejiciantur, præter aliam inteſtinorum coarctationem retenti præcipuè flatus magis urgens haberi poterit. Quòd ſi enim vi quadam naturæ inimica iſti detineantur, nec, quâ permeent, viam offendant, ſurſum tandem compulſi, valvulam iſtam retrocedere cogunt, ſubſequentibus dein borborygmis, atrocibus doloribus, eructationibus, vomitibus, unde, tono inteſtinorum & ventriculi plurimum immutato, tanta, quâ chyloſæ quâ ſtercoreæ materiæ, foràs projicitur ubertas.

Exemplum volvuli in D. Georgio Palma lethalis.

XVII. Tali etiam malo anſam dedit celebris ille Noribergenſium Medicus & Archiater Ducis Babepergenſis meritiſsimus Georgius Palma. Hic hypochondriaca ſæpe affectus flatulenta, referente id Excell. Dn. Joachimo Camerario. in obſervat. ſuis manuſcriptis, cum conviva Babeperga tabulæ principis aſsideret, flatibus præter ſpem obortis præ

verecun-

verecundia diſceſſum diſtulit. Surgens tandem celeri equo Noribergam contendit: quo cum ſequenti die fuiſſet reverſus, ſolitis ſibi opem quæſivit enematibus, quibus fruſtra adhibitis, excrementiſque per os redditis, fatum evitare ſuum non potuit, ſupremumque vitæ terminum clauſit.

XVIII. Quin non ſaltem flatus, ſed & excrementa diutius cohibita, valvulam retorquere queunt. Expultrix quippe in Colo facultas, noxam ſentiens, contractione multa conatur ad noxii excretionem. Et primum quidem obſervato ordine, à natura inſtituto, orditur à ſuperiore parte contractionem, quò detrudat omne excrementum, ſive ſiccum fuerit ſive humidum. Hinc evenire videmus, dum ex arbitrio quiſquam propter præſentem occupationem excrementa detineat, ut incipiens ab infernis contractio multa in ſurſum excrementa bilemque ejaculetur, ita ut Cephalalgia ſequatur, ſæpe Colicus dolor aut Iſchuria, ex qua nonnulli periere ut teſtatur *Thomas à Veiga comment. ad c. 2. l. 6. Gal. de loc. affect.* Excrementa diutius retenta.

XIX. Quæ valvulæ retorſio quandoque cum inſigni tumore in ea, qua pes dexter abdomen attingit, parte, qui affectum iſtum indicat, dum majorem loci requirit ea in ileo capacitatem, inflammata nonnunquam inteſtinorum, qua coëunt, ilei & coli regione, quid? quod extrinſecus talis quiſpiam tumor coli exordium in eo ipſo valvulæ loco comprimere inteſtinum poſſit, & quaſi claudere, unde etiam conſimilia iliaco morbo oriri poſſunt ſymptomata. Signum retorſionis valvulæ.

XX. Ratione materiæ per os rejectæ differre iliacum morbum conſtat. Dum enim inteſtinum colon cum valvulæ retorſione laborat, atque propter ſuppreſſionem quandam pone inteſtinum rectum nil dejicere valet, ſtercoream evomi materiam certum eſt. Si verò illæſo colo valvula ſaltem occluſa eſt, in principio, quod etiam *à Petro Salio de affect. particul. c. 11.* obſervatum fuit, dum hic morbus generari incipit, pauca excerni ſolent, facto autem & completo morbo nihil amplius tranſit. Et dum nihil in inteſtinum colon delabi amplius poteſt, illud quod aſſumtum jam per inteſtina tenuia ad valvulam uſque pertingit, fermentatione ſubinde in iiſdem durante, neceſſariò retrò ſurſumque compelli neceſſe eſt. In volvulo non ſemper ſtercora evomuntur.

Vomitus acris materiæ.

XXI. In propoſito ſubjecto vomitus materiæ acris fauces inſigniter adurentis fuit. Major nimirum quantitas ſucci pancreatici maſſam ex ſtomacho exeuntem alimentarem perfuderat, bile ſubinde deficiente, quæ in fermenti vicem ſucco iſti condonata ſubit, vel per vomitus præeuntes nimium abſumta, vel in calculoſam concreta maſſam. Inde frenum abfuit pancreatico liquori, nimis jam ferocienti & maſſam ad tenuia vergentem comitanti, quin & reverſæ à valvula aſſocianti. Hinc illi rugitus, murmura, borborygmi, tenſiones, flatus & dolores, & prohibita tandem chyli à maſſa ſequeſtratio, dum acris rejecta ore Saburra cum multo phlegmate ex capite delapſa permiſta in vaſe except. inſigni ſatis quantitate aſſervata fermentari cœpit, ob chyli partem in ea contentam & acri ſucco confuſam: qua tandem fincta in brunum abiit colorem fex iſta evomita, pani ad inſtar ex candida farina ſubfuſcam acquirentis micam. Tandem verò appetitu indies magis proſtrato, viribusque cum habitu totius deficientibus nigrum cum aqua ejuſdem coloris phlegma ejici cœpit, languidiore paulatim Spiritu vitali, Archæo iſto, qui atro ſuo habitu tandem fata propinquare augurari voluit.

Materiæ peros rejectæ forma.

Pituita è Cerebro delabens cauſa tuſſis.

XXII. Tuſſis iſta vomitui prævia vel juncta debilem juxta conſtitutionem capitis phlegmate repleti, arguere potuit, cujus per fauces deſcenſus tuſsientem effecit, & ad diaphragma, moventem pituitam ſuggeſſit, ut motis tuſſi pulmonibus orificium ſtomachi irritatum, evomere coactum fuerit.

Signa volvuli hujus inverſu valvula diagnoſtica.

XXIII. Signa hujus iliaci affectus diagnoſtica ex enumeratis luculenter apparent ſymptomatis. Alvus nunquam ſpontanea, ſed reſtricta ſemper fuit, eouſque ſine lenientium aut purgantium ope voto non ſufficiens. Dolor in dextro inguine, vomitu acri corpus continuò infeſtante, roſiones tormina atrocia, rumores, rugitus ventris lumbos etiam inquietantes, vomitus aſſumtorum, anorexia, tabeſcentia totius, imo inſtans indies deficientia.

Prognoſtica.

XXIV. Utrum verò petito hujus patientis fieri poſſit ſatis, & ſublevari queat, & majore eripi ex periculo, haud ita aſſerere pronum erit. Longa ſiquidem temporis mor

ſympto

ymptomatum ſyndromen adauxit quotidie, ut parum ſpei uperesſe videri poſsit. Principiis obſtandum. Potiſsima. iicce ſymptomata concurrunt, quæ nutritioni corporis obunt, indieſque illa, nullo ad reſtitutionem niſu aut apparentia, capiunt incrementa: impetuoſus ille vomitus à nona d ſextam, jam ad tertiam migravit noctem, materia evomia & obſcuriorem atrumque pręſe fert colorem, acrioremque ubinde malæque notæ induit ſaporem, hinc appetitus imainui cœpit, ut ex nutrimenti defectu exinde ſubſequente orpus ad maciem inclinare & contabeſcere incipiat, quid? uod per exceſsivum iſtum ſtomachi motum quidam grais alicujus viſceris vel membranarum, peritonæi, omenti eſio ruptio aut corruptio poſsit oriri, unde per omentum liuidior ex ſtomacho penetrare ſubſtantia (*miſcell. curioſ.* 9. *&* o.*ann. obſ.*17. *fol.*61.) atque per putredinem in abdomine diuus moram trahens in acrem tetramque mephitim degenere poterit, unde etiam cætera vicina interanea, quin ipſa iteſtina corroſionis & corruptionis periculo non vacant. orro ob ignoratam huc uſque valvulę inverſionem ritè non otuit tractari æger, adeoque ſerò nimis jam ſui reſtitutioem reſpuet illa ipſa. Plurimum ſiquidem incommodi ab iquot hinc menſibus exorto vomitu paſſa præ cæteris fuit ilvula hæcce, ut niſi jam penitus collapſa occalluerit, ommodamque coli obſtructionem molita fuerit, propediem men talis metuenda veniet. Uno verbo omnia ad interim Dn. Patientis vergunt & indubia brevi mors inſequetur.

XXV. Si quæ tamen ſpes reconvaleſcentiæ ſupereſſet : quid intentatum relinqueretur, aut absque omni ſolatio mitteretur æger, ex tribus fontibus artis medicæ hauriendæ unt medicamentorum formulæ, quæ indicationibus ritè ventis ſufficere poſſint. Indicationi curativæ, quæ in rectione ipſa conſiſtit, fons chirurgicus primum feret auxilium, qui, niſi ſanguinis abundantia V.S. imperarit, cucurtulas magnas ventoſos dictas, adhibere docebit, ad dextum abdominis regionem paulo ſupra tumorem aut quatuor gitis transverſis à ſinu femoris ventris imo adhærentis apicando, ſæpiusque ſurſum trahendo, quantum natura loci mittit.

Indicatio curativa per Chirurgiam.

XXVI. U-

XXVI. Utrum frictio ſurſum inſtituta quid proficer poſſit, aut fomes ignitus in efficaci chirurgia Marci Aureli Severini deprædicatus, qui quodam revulſionis modo & v caloris & dolore inuſtionis quid efficeret, experimento con ſtaret. Anne etiam magnes vi attractice ſua auxilium quod dam attulerit, quale in defluxionihus quibusdam ſiſtendis aut in ſuffuſione retrotrahenda Nuchæ alligatus, præſtare fe runt, effectus docere poteſt.

Per Pharmaciam extrinſecus.

XXVII. Si per medicamenta extrinſecus uſurpata quic quid in tumore aut dolore circa dextrũ inguen refrigerando humectando, emolliendo neceſſarium foret, ſpei locus ſucce deret & felix exitus, tota ex foliis malvæ, violarum, atripli cis, betæ, brancæ urſinæ, chamæmeli, ſolani, equiſeti, me liloti, lactucæ, floribus malvæ arboreſcentis roſeæ, ſambuci liliorum alborum. Radicibus altheæ, lil. alb. ſcrophulariæ nympheæ. Seminibus lini anethi, fœnugræci, & ſimilibu multis, tentanda res eſſet, vel in ſacculis, aut in forma cata plaſmatis imponerentur, aut cum aqua dulci in balneo uſu parentur, antequam cucurbitularum uſus inſtitueretur.

XXVIII. Glandes podici immiſſi, cum ſucco cyclam nis, cum colocyntide, ellebori albi radicibus, ſtaphids agri ſeminibus parati & cum filo femoribus alligati, ne ſurſum tr hantur, quod accidit puerperæ cuidam, cui pars candelæ ſ baceæ ſubdita poſtero die vomitu rejecta fuit, obſervante *Doct. Jacob. Oetheo in prax. Sennert. l. 3. p. 2. ſ. 2. c. 1.*

XXIX. Clyſteres alioquin præ cæteris forent proficu ni tales iterum vomitu rejiciantur, ſi quid tamen tentandu foret, injectiones ex juſculis conſummatis & cæteris alimen toſis præparentur, quarum, licet vomitu iterum egererentu aliquis tamen uſus & utilitas locum hic reperiret, & inteſtin virtute ſua alibili ſubveniret.

Intrinſecus.

XXX. Intrinſecus emollientia hic locum reperirent, u oleum amygd. dulc. & juſcula pinguia, in quibus malva & a thæa cocta fuerint, ore ſumenda exhibere, cum puella il *ap. Matth. de Gradib.* fruſtra aliis medica mentis adhibitis, juſcu lis pinguibus fuerit curata. *Vid. Sennert. loco ſuper citato.* Quo ſi in eo appetitui ægroti gratia quædam contigerit, ut ea, qu bus plus delectetur ille, licet ſalubrioribus, præponerentur m

nen

ente id *in Aphor. 38. ſ.2. Hipp.* cum appetitus vitæ ſit initium, ion extra metas quis vagaretur.

XXXI. Indicationi præſervativæ fiet ſatis, ſi talia vi- entur, quæ flatus generant, ſi flatus non nimis detineantur, i, quæ flatus diſcutiunt, crebrò uſurpentur aut potiſſima latuum cauſa removeatur. Illa verò plerumque eſt inteſtino- um intemperies calidior, à bile exuperante reddita: his ſub- enit phlegmatis inteſtina perreptantis copia, quæ à tali in- emperie in flatus vertitur, eâ prorſus ratione, qua veſica bu- ula à modica injecta ipſi aqua filo bene occluſa calidiuſculæ mpoſita fornaci, vapore ipſam ad diſruptionem implet, quæ efrigerata, deinde in priſtinam redit formam. Talibus proin- e à bile vel aliâ causâ calidâ intemperatis inteſtinis enemata efrigerantia nonnihil ritè ſubvenient, flatuumque generatio- i modum vel terminum ponent. Clyſteres proinde ex la- te bubulo, cum oleo roſar. violac. melle roſato, Electuario amarindinato, vitello ovi parati plurimum adjumenti fe- ent, præſertim ſi tantillum ex carminativis vel herbis, vel oribus, ſeminibus ſuperadditum fuerit, ne tamen nimia uantitate in calore excedant. *Indicatio præſervativa per remotionem cauſæ.* *Flatus diſcutiendo.*

XXXII. Dum nimia pituita etiam calidis inteſtinis no- ia ſit, ideò & abſumtioni ejus, tam educendo eam, quam enerationem ejus impediendo, opera fuit danda, inde præ- ervatoriæ quoque indicationi ſatisfiet. Phlegmagogis quip- e vel per injectiones, vel per os moderatè admiſtis evacua- io locum habebit; vitentur inſuper cibi & potus multam pi- uitam generantes, quantitatis potiſſimam in alimentis ha- eat rationem, dum quod nimium in chylo Cerebro affluit, um à calido illius nativo in nutritionem verti non poteſt, eſiduum omne in pituitam degenerat. Ex cerebro verò per nteſtina proclivis via eſt, quod in recens natis apparet, qui- us inteſtina poſt partum à multa pituita cum bile miſta li- erantur. *Pituitam educendo*

XXXIII. Indicationi vitali potiſſimum ſtudendum e- it, ut, quantum fieri poterit, vigor ſpiritus vitalis conſer- etur, & quicquid ei inimicum eſt, amoveatur. Quanquam pſe ſpiritus, ſi fuerit confortantibus adjutus, per ſe ex cor- ore ablegabit, quod ſanitati erit contrarium, ſaltem re- *Indicatio vitalis corroborat.*

volutio valvulæ in priſtinum reſtituatur ſtatum : quo ſine nec ſcio, dictamnus nec panacea juvant. Diæta fortaſſis auxilium pollicebitur, ſi ſtricta ſatis & tenuis fuerit obſervata. Quo minor enim copia ingeretur, eò tardior redibit vomitus. Sic juſcula ex floribus cordialibus cum cichorii, tunicæ & meliſſæ floribus parata citra multum panem abſorpta, conſervandis viribus plurimum prodeſſe poterunt. Nutrientia in exigua exhibeantur quantitate, tantillum vini, non nihil adſtringentis, ut ſunt rubella, vigerna, præcipuè tyrolenſia, admitti bene poterit, cœteri potu calidi erunt ſatis proficui. Frigida enim licet appetitui plu arrideant, tamen & ſtomachi & inteſtinorum debilitaten plus augebunt. Jura dicta conſummata, gelatinæ quin & e caſeo Parmeſano, cohleis, cynosbatis, & hujus farinæ alii appetitui gratioribus juſcula confecta admitti poterunt.

Diæta.

Pharmacia.

XXXIV. Ex Pharmacopœa confortando Cor cæteras que corporis partes, conducent Pulvis prophylacticus, d gemmis, de hyacintho, de moſcho, de margaritis, roſata no vella, confectio cordialis liquida, morſuli cordiales, confe ctio Imperatoris, de thure, de corallis, alchermes, trochiſc gemmati, ſublinguales cum confect. alch. julep. gemm. the riac. cœleſt. & multa alia. Ut & extrinſecus ſumantur E pithemata cordialia, balſami, roſar. lign. rhod. citr. cin nam. &c.

Concluſio.

XXXV. Atque hæc pro tempore ſufficiant in ſolatiu ægrotantis allata, quæ, dum aliqua ſaltem ſpes affulſer (aſt verò hæc omnis decollari videtur) pro levamento Dr ægrotantis applicari poterunt, cum melius ſit anceps licet, quàm nullum auxilium. Sic cum Deo bono colophonem hic imponere libet.

Ad Nobili

I.

Ad Nobiliſſ.

DN. CANDIDATUM.

VOLVERE qui *Veterum* nôras dictata, ſimulque
Valvula BAUHINI quî juvet atque necet:
iaci poteras facilè deſcribere ſedem
Morbi, ac Ingenii prodere dona Tui.
ona quibus nitidos capies *Doctoris* honores
Qui DARNEDDENI *Nomen* ad aſtra vehent.

JOH. JACOBI HARDERI, Phil. & Med. D.
P. P. & S. R. I. Acad. Nat. Cur. Socii.

II.

Es hat des Höchſten Hand uns wunderlich geführt/
Nachdem uns **Wittenberg** durch Freundſchafft feſt ver-
bunden;
ch fühle noch die Luſt/ die meinen Geiſt berührt/
Als ich dich/ werther Freund/ in **Jena** wider funden.
a war ein Schluß/ ein Wort/ in jenen Orth zu gehn/
Wo uns die Gratien und Muſen hold geweſen/
n derer Stamm-Buch auch noch unſre Nahmen ſtehn/
Die einſt die Nachwelt noch zu unſrem Ruhm kan leſen.
u kennſt **Machaons Sohn**/ dem unſer Fleiß gefiel/
Der unſern Geiſt gelehrt/ was künfftig uns kan nützen.
och wer hat **Baſel** uns beſtimmt zum Ehren-ziel/
Die Statt/ wo Künſte Blühn/ und Weiſe Häupter ſitzen?
ch weiß den Anlaß nicht zu ſolchem hohen Trieb/
Alß daß des Himmels-Zug den Fuß hieher gelencket.
adurch wir beyderſeits dem Vatterlande lieb/
Weil uns Apollo hier die höchſten Ehren ſchencket.
u heiſt zwar/ **Werther Freund**/ annoch ein Candidat,
Jedoch/ nach dieſem Streit wird man dich Doctor nennen.

Der

Der Sieg bekrönt den Arm der recht gekämpffet hat;
Die Phœbus ſtrahlt / wann ſie die Wolcken weiß zutrennen.
Und obgleich dieſer Stand uns künfftig ſcheiden wil /
So bleiben ferner doch die Seelen treu verſtricket.
Ich ſiegle unſren Bund durch wolgemeinten Kiel/
Und wünſche / daß dein Thun mit Segen ſey beglücket.

Mit dieſem ſolte die Freundſchaffts-pflicht
bezeugen

Michael Pauli / Med. Cand.

E N D E.

